

spectat, inviolabiliter observari; si que & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Familiæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die 20. Novembris 1642. Pontificatus nostri Anno XX.

DCCXXVI.

Confirmantur nonnulla Decreta Congregationis Concilii Tridentini, pro Ecclesia Gandaven.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Alias pro parte Ven. Fratris Episcopi Gandaven. Ven. Fratris noster S. R. E. Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini. Interpretibus exposito, quod nonnulli Ecclesiarum Gandaven. ad Sacros Ordines non promoti, ex quodam asserto dictæ Ecclesie statuto, quod Canonici Sacrorum imperiti possint divina officia obire, per alios Canonicos ejusdem Ecclesie peritos, a se substituendos, pretendebant sibi licere per alios Canonicos Sacerdotes in suo turno divina officia præfata peragere, & ex eadem imperitia se ad Sacros Ordines suscipiendos cogi nullatenus posse, proptereaque ipse Episcopus per eisdem Cardinales cupiebat declarari. I. An allegatum statutum, quod Canonici deservire possint per alios Canonicos Sacerdotes substitutos pro Canonice non habentibus Ordines Sacros suffragetur, & exequi debeat non obstante Decreto Sac. Concilii Tridentini præfati. II. An imperitia debeat eisdem Canonicis perpetuo, vel ad tempus excusare. III. An eisdem Canonicis suffragetur, quod dicta Ecclesia ante erectionem Sedis Episcopalis esset regularis a Jurisdictione Ordinarii exempta. IV. An Episcopus post factas monitiones contra Canonicos prædictos parere recusantes, valeat procedere ad privationem Canonice: subinde ab iisdem Cardinalibus Decretum,

declaratumque fuit, ut infra videlicet. Die 20. Julii 1641. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad dubia supradicta respondit, ut sequitur. Ad primum: Hujusmodi statutum non suffragari. Ad secundum: Imperitiam non excusare. Ad tertium: non suffragari. Ad quartum: Episcopum procedere debere, servata tamen forma Concilii Tridentini. Cardinalis Pamphilius. Franciscus Paulutus S. C. C. Secret.

§.2. Cum autem sicut idem Episcopus Nobis nuper exponi fecit, Decretum, & Declarationem hujusmodi quo firmius subsistant apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri summopere desideret.

§.3. Nos eundem Episcopum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum, & declarationem præsentium apostolicæ auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interverint, supplemus.

§.5. Decernentes præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, & concernent in futurum inviolabiliter observari; si que per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac præfatis, & quibusvis aliis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 30. Novembris 1642. Pontificatus nostri Anno XX.

Congreg. Concilii Decreta.

Peritur Pontificæ Confirmatione.

Confirmantur.

Clausula.

Derogatio contrariorum.

Datum die 30. Novemb. 1642. An. XX.

Fa-

DCCXXVII. Facultas Cardinali Antonio Barberino deputandi personas ad compilandos Processus contra Ducem Mutinensem, ejusque Officiales, tamquam immunitatis ecclesiasticæ, juriumque Sedis Apostolicæ violatores.

Dilecto filio nostro Antonio Sanctæ Mariæ in Vialata Diacono Cardinali Antonio Barberino nuncupato S. R. E. Camerario nostro secundum carnem ex Fratre Germano nepoti.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Facultas de qua in Rubric.

§.1. Conservationi libertatis, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ pro pastoralis nostræ sollicitudine consultum esse, ac illorum audaciam, qui libertatem, immunitatem, & jurisdictionem hujusmodi quomodolibet violare, hancque Sanctam Sedem quoquo modo offendere ausi fuerint, opportunis juris, & facti remediis retundi volentes, motu proprio, ac ex certa scientia nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine, circumſpectioni tue unam, seu plures personas, sive laicas, etiam non graduatas, sive ecclesiasticas, etiam in dignitate non constitutas, & alias tibi benevidas, que contra quoscumque Ministros, & Officiales dilecti filii nobilis viri Francisci Ducis Mutinensis, ac etiam ipsum Franciscum Ducem, quatenus Ecclesias, Monasteria, & alia quevis loca pia, ac personas ecclesiasticas, earumque, & illorum res, & bona quælibet collectis, taleis, tributis, vestigialibus, contributionibus, vel quibuscumque aliis impositionibus, & oneribus, aut militum hospitacionibus gravare, vel immunitatem jurisdictionem, & libertatem ecclesiasticam quoquo modo violare, aut quidquam adversus Nos, & Sedem prædictam, seu in nostrum, & illius damnum, & præjudicium moliri, & attentare præsumerent, processus formare, & fabricare, ac desuper diligentes informationes capere, & quoscumque Testes etiam Ecclesiasticos tam seculares, quam regulares, etiam quantumvis exemptos pro informatione Curie examinare, ipsosque Testes ad testificandum in præmissis juxta Sacrorum Canonum Decreta compellere, ac quos, & quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constituto etiam summarie, & extrajudicialiter, ac quantum tibi sufficere videbitur, de non tuto accessu, etiam ultra tres, & plures dietas citare, aliaque omnia, & singula in præmissis necessaria, & quomodolibet opportuna facere, & mandare possint, & valeant, auctoritate nostra tam in scriptis, quam etiam oretenus deputandi plenam, & amplam facultatem, apostolicam auctoritate, tenore præsentium concedimus.

§.2. Non obstantibus fe. re. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in Concilio Generali de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, sylvis, & usibus, privilegii quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, quod omnes, & singulos processus, & testium depositiones, quos fabricari, ac quas sumi super præmissis contigerit, sub sigillo tuo clausos, & clausas ad Nos quam primum caute, & diligenter transmittas, ut quod desuper statuendum fuerit, matura consultatione adhibita decernamus.

§.4. Volentes ac decernentes, quod neque tu, neque illi, quos, ut præfertur, deputaveris, præsentibus nostras, aut deputationum suarum literas, seu instrumenta, cuiquam exhibere, vel alias de facultatibus Tibi, & illis vigore præsentium datis, & concessis docere, vel aliqua fide in Judicio, vel extra illud facere unquam teneamini, sed suis, & eorum attestacionibus, seu attestacioni, etiam oretenus faciendis super facultatibus, & deputationibus hujusmodi plena adhibeatur, & adhiberi debeat fides ubique, ac tam in judicio, quam extra illud, etiam post completos processus, ad quancumque effectum.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 6. Decembris 1642. Pontificatus Nostri Anno XX.

DCCXXVIII.

Declarat a Delegatis per se in causa amotionis P. Nicolai Rodulphi a Magisterio Generali Ordinis Prædicatorum, & electionis alterius Magistri Gen. procedendum esse extrajudicialiter.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper a Nobis accepto, quod in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Prædicatorum in eorum Monasterio S. Dominici Civitatis Januæ, celebrato die

Derogatio contrariorum.

Perform. deleganda non tenentur docere de sui deputatione.

Datum die 6. Decem. 1642. An. XX.

Ex Reg. in Secret. Brev.

Refert depositionem Mag. Gen. variisque subsequentes electiones.

die XXV. Octobris proxime prateriti facta fuerat depositio, seu amotio dilecti filii Nicolai Rodulphi predicti Ordinis Magistri Generalis, & die XXVI. dicti mensis electus in Magistrum Generalem dicti Ordinis a nonnullis vocalibus, aliisque forsitan non vocalibus dilectus filius Michael Mazzarino Prior Provincialis Provinciae Romanae, & deinde die 30. ejusdem mensis Octobris in Monasterio loci de Cornigliano ejusdem Ordinis, a Civitate Januensis per tria millaria distante, ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis vocalibus, & aliis forsitan non vocalibus electus, quoque fuerat in Magistrum Generalem predicti Ordinis dilectus etiam filius Thomas Roccamora Definitor Provinciae Aragoniae Ordinis hujusmodi, quodque desuper factae fuerant diversae protestationes etiam super nullitate, seu invaliditate Definitorii, seu Capituli predicti, & interpositae appellationes nedom ad dilectum filium nostrum Antonium Sanctae Mariae in via lata Diaconum Cardinalem Barberinum nuncupatum Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium Ordinis predicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem, verum etiam ad Nos, & Sedem predictam.

Causaeque omnes inde exortae ad se fuisse advocatas.

§. 2. Nos illico habita de praemissis notitia, ne exinde eidem Ordini aliquod majus praedictum resultaret iussimus nec in Conventu Sanctae Mariae supra Minervam de Vrbe ejusdem Ordinis, nec alibi occasione praemissorum aliquid innovari, donec hujusmodi controversiae, iustitia mediante fuerint a Nobis terminate, ac subinde omnes, & singulas controversias, litesque, & causas, ac appellationes interpositas nullitatesque hinc, & inde allegatas, allegandasque, & deducendas adversus quaecumque acta, etiam capitularia, in quocumque loco, & a quibuscumque praemissorum, occasione facta, & gesta, illarumque cognitionem, & terminationem ad Nos vocavimus, cognitionique, & terminationi nostrae reservavimus, praedictamque iustitiam confirmavimus, executionemque amotionis, & electionis praedictarum, ac aliorum quorumcumque actuum, in Capitulo, & alibi factorum, & inde sequutorum, ipsasque amotionem, & electiones, ac quaecumque alia acta praedicta, sine tamen praedictio, quorumcumque iurium, cuiuscumque competens, ac sine retardatione inquisitionis, & processus causae, & causarum, litesque, & litium pendentium contra dictum Nicolaum suspendimus, donec a Nobis controversiae, causaeque, & lites hujusmodi prout de jure terminatae fuerint, prout in nostris sub die 9. Nov. proxime prateriti desuper expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro expressi haberi volumus uberius continetur.

Nonnullaeque commissariae, in se referant.

§. 3. Ac subinde volentes Nos de praemissis exactam cognitionem ad Nos referendum capi dilecto filio nostro Hieronymo tituli Sanctae Agnetis in Agone Praebytero Cardinali Verosio nuncupato, ac Venerabili Fratri Joanni Baptista Episcopo

olim Camerinen., ac dilectis filiis Magistris Marco Aurelio Maraldo, Prospero Fagnano, & Francisco Paulutio, in utraque Signatura nostra Referendariis, & Petro Francisco de Rubis Fiscis, & Camerae nostrae Apostolicae Advocato, seu eorum majori parti omnium, & singularum contentionum, controversiarum, litium, & causarum appellationum interpositarum, nullitatumque hinc inde allegatarum, & allegandarum hujusmodi cum omnibus, & singulis earum incidentibus, & emergentibus annexis, & connexis, totoque negotio principali cognitionem, & discussionem ad referendum Nobis cum facultatibus, ac sub modo, & forma tunc expressis commisimus, & aliam, prout in aliis nostris, etiam in forma Brevis die 10. ejusdem mensis Nov. expeditis literis uberius continetur.

§. 4. Quorum vigore praedicti Deputati, seu eorum major pars, nedom eidem, Michaeli Mazzarino personaliter primodictas nostras literas, ac etiam praecipuum, pro illarum observatione intimarunt, sed etiam aliquas Congregationes pro praemissis discutendis fecerunt, in quibus, ut etiam accepimus, ex parte praedictorum Nicolai, & Michaelis, ac Provincialium, qui illum deposuerunt, & hunc elegerunt plura fuerunt coram eisdem deputatis simul congregatis sepius, & voce, & scripto deducta, ac etiam ipsemet Michael, semel personaliter in una praedictarum congregationum comparens fuit auditus.

Habitu traque per Delegatis aliquibus Congregationibus.

§. 5. Ut autem accuratior praemissorum discussio fiat, praedictis Deputatis, pro cognitione eorundem praemissorum, ad Nos referendum dilectos filios nostros Bernardinum. S. Petri ad Vincula, Spadam Julium Sanctae Susannae titulum, Sacchetti, ac Franciscum Mariam Basilicam Duodecim Apostolorum, Presbyteros Cardinales Brancatium respective nuncupat, necnon Magistrum Julium Rospigliosum, in utraque Signatura nostra Referendariis per alias nostras, in simili forma Brevis die 29. dicti mensis Novembris expeditas Literas adjunximus, in quorum omnium, pluribus Congregationibus praedicti, & alii Provinciales, qui dictum Nicolaum deposuerunt, ac praedictum Michaelalem elegerunt, fuerunt auditi.

Adjunctisque postea nonnullis Card. d.

§. 6. Quia vero nostra mentis, & intentionis fuit, & est, controversias, & contentiones hujusmodi, tamquam tendentes in maximum dicti Ordinis, & regularis disciplinae detrimentum, remotis litium, & Judiciorum ambagibus, quanto citius radicatus amputari, & tolli, idcirco ne circa modum cognitionis praemissorum contingat in aliquo haesitari;

Urbanus, ut dictis res componantur.

§. 7. Motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine tenentium declaramus, ejusdem mentis, & intentionis nostrae fuisse, & esse, ut Cardinales, & Praelati, ac Advocatus fisci, & Camerae Apostolicae praedicti, in praedictis nostris literis deputati, seu eorum major pars

A delegatis extrajudicialiter procedendi esse declarat.

pars

pars in praemissis, non judicialiter procederet, sed ut partes hinc inde extrajudicialiter nullo Juris ordine servato, & absque ulla tela judiciaria, ac non servata aliqua iudicii forma, aut juris solemnitate audiant, illisque, sic extrajudicialiter auditis, Nobis referant, satisque fore, & esse, si per extrajudicialem qualemcumque motionem contra praedictos Nicolaum, & Michaelalem, si personaliter haberi poterunt, nisi minus per dimissionem copiarum, ad loca eorum habitacionis, & affectionem in Valvis Monasterii Beatae Mariae supra Minervam, adversus autem alios omnes, & quoscumque interesse habentes, aut quomodolibet habere putantes, seu praetendentes, per proclama in eisdem Valvis Monasterii Beatae Mariae supra Minervam, ac in Acie Campi Florae, & in Valvis aedum praedicti Joannis Baptistae, Episcopi Olim Camerinen. per unum ex nostris cursoribus, de ordine praedictae Congregationis, etiam ex officio semel, ut praemittitur, intimandam, seu exequendam, iidemque Nicolaus, & Michael, omnesque, & quicumque alii quomodolibet interesse habentes, aut habere putantes, seu praetendentes, fuerint moniti, ad exhibendum in actis dilecti filii Sebastiani Casii Notarii Vicarii Urbis, dicendum, & allegandum, tam verbo, quam scriptis, coram ipsa Congregatione, seu ejus deputatis infra peremptorium terminum trium dierum a die hujusmodi intimationis, seu executionis respective decurren., qui quidquid volunt, & possunt super hujusmodi negotio, cum comminatione, quod elapso praedicto triduo, Nobis praedicti deputati relationem faciant, & hujusmodi extrajudiciales monitiones, seu certiorationes, ut praemittitur, faciendas, & exequendas, perinde efficere, ac si forent praedictis, & eorum singulis personaliter intimatae.

Et sique necessarias ad id facultates concedit.

§. 8. Ac etiam propriori cautela, quantum opus sit, eisdem deputatis, ut supra plenam, & amplam, necessariamque, & quomodolibet opportunam potestatem, & facultatem denuo super praedictis tenentium praesentium concedimus, & impertimur, ac ex nunc, omnia, & singula quae earumdem vigore facta fuerint valida fore, plenamque roboris firmitatem obtinere decernimus, & declaramus, illasque approbamus, & confirmamus, suppletes omnes, & singulos facti, & Juris defectus quantumlibet substantiales, si qui forsitan desuper intervenerint.

Clausulas addit.

§. 9. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, aut quocumque alio, quantumvis substantiali defectu ex quovis capite, pretextu, causa, & occasione notari & impugnari, in controversiam adduci, aut adversus illas a peritionis oris restitutionis in integrum, & quodvis aliud juris facti, vel gratiae remedium impetrari, seu etiam motu simili concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existi-

tere, & fore, sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac desiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit &c.

§. 10. Non obstantibus omnibus, & singulis, quae in dictis literis voluimus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 6. Decem. 1642. Pontificatus nostri Anno XX.

Tollitque contraria.

Datum die 6. Decem. 1642. An. XX.

DCCXXIX.

Cavetur, quominus Doctoribus Collegiatis Studii Bononiensis, ut in venditione locorum redemptorum Montis Annonae tertiae erectionis a Regimine, & Administratores Gabella praedictae praedictum non inferatur.

Ex Regest. in Sen. res. Breu.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**liis dilectis filiis regimini, & Reformatoribus libertatis Civitatis nostrae Bononiensis, quo pecunia, quibus in praesentes necessitates utantur, illis suppeterent concessimus, ut cum participatione dilecti filii nostri tunc existentis in praedicta Civitate, & illius Comitatu nostri, & Apostolicae Sedis de latere Legati, ea omnia, & singula loca, & portiones Montis Retalei nuncupati, vel Montis de Annona tertiae erectionis, etiam nuncupati apostolica nostra auctoritate alias erectorum, eo usque redempta, seu francata, ex illis pecuniis, quae superfluerant de exactis ratione augmenti datus carnis pariter nuncupati, in Civitate, Comitatu, districtu, & legatione Bononiensis, ac insuper majorem eorundem locorum, seu portionum alterutrius ex montibus hujusmodi quantitatem, cum eisdem privilegiis, & immunitatibus contentis in Literis Apostolicis super erectione montium hujusmodi emanatis, eisdemque modo, & forma in omnibus, & per omnia vendere, illorumque dote in praedictas necessitates tantum uti, ita tamen, ut ex eo, quod superesset, scuta mille Bononiensis, libera remanerent in Montis, cujus loca revenderentur, extinctionem, & francationem, in erectione montis hujusmodi, seu licentia illum erigendi ordinatam convertenda, necnon etiam, quia non ita pridem aliam medietatem augmenti datus praedicti, quae Camerae Apostolicae solvenda erat juxta nostras super erectione dicti Montis del Retaglio nuncupati expeditas literas, eisdem Regimini, & Reformatoribus concesseramus ea lege, ut ipsi eidem Camerae quotannis vigintiduo libr. monetae praedictae millia persol-

Referat datam Regimini Bononiensis facultatem quaedam Montium loca vendendi.

solvere deberent juxta Instrumentum de- super celebratum; Nos eisdem Regi- mini, & Reformatibus insuper indulsi- mus, quod pariter illa pecuniarum quanti- tate, quae ultra dicta viginti duo librarum hujusmodi millia quotannis percipi posset ex exactiōe medietatis augmenti dicti datii, ad eandem Cameram Apostolicam prius spectantis, ut praefertur, uti, & in- de tot loca alterutrius ex Montibus hujus- modi pro solvendis quorum fructibus ad rationem quinque scutorum pro quolibet loco pecuniarum quantitas praedicta suffi- ceret, erigere, seu jam erecta vendere li- bere, & licite possent, & valerent, & aliis prout in nostris in simili forma brevis die 5. Oct. proxime praeteriti desuper expeditis literis quarum tenores praesentibus pro ex- pressis haberi volumus, plenius continetur.

Doctores an- tem hujusmodi Gen. supplicasset, ut sine privilegio conferretur. Consulto Urba- nus.

§.2. Cum autem, sicut Nobis nuper ex- poni fecerunt dilecti filii Doctores Colle- giati Universitatis studii generalis dictae Ci- vilitatis ducenti, & amplius anni effluerint, ex quo datum gabellae grossae nuncupatum cum ejus annexis in Civitate praedicta fuit auctoritate apostolica separatim ab aliis datis ejusdem Civitatis, & pro manuten- tione dicti studii applicatum concessa Do- ctoribus Collegiatis hujusmodi totali ejus administratione, & relicto aliorum datio- rum ejusdem Civitatis gubernio eisdem Regimini, & Reformatibus indeque factum fuerit, ut Nos, quando partem red- dituum dictae gabellae grossae pro dote Montis Annonae praedicti assignavimus, fac- ultatem vendendi loca Montis hujusmodi illiusque administrationem non solum Re- gimini, & Reformatibus praedictis, scilicet assumptis ab eodem Regimine deputa- tis pro administratione praedictae gabellae grossae, sed etiam gabellae praedictae Syndicis, & Administratoribus, per alias nostras in eadem forma brevis die 23. Septembris 1628. expeditas literas concessimus; de hac vero concessione in praedictis nostris literis die 5. Octobris expeditis nulla fiat mentio, Nobis propterea exponentes praedicti humiliter supplicari fecerunt, ut eorum indemnitati in praemissis per opportuna declarationis nostrae ministerium pro- videre de benignitate apost. dignaremur.

Consulto Ur- banus.

§.3. Nos igitur eosdem exponentes spe- cialibus favoribus, & gratiis prosequi vo- lentes, & eorum singulares personas a qui- busvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effe- ctum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, mentis, & intentionis nostrae non fuisse, ullum per jam dictas nostras literas praedictum iuris exponentium praedi- ctorum infringere, ac proinde circa admini- strationes locorum dicti Montis Annonae vigore earundem literarum nostrarum venditorum servandum esse omnino id,

quod per dictas nostras literas die 23. Sep- tembris 1628. desuper, ut praefertur, ex- peditas statuimus, & ordinamus, servata in omnibus forma, & dispositione praedicta- rum nostrarum dicta die 5. Octobris expe- ditarum literarum apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus.

§.4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, ac definiti debere, ac irritum, & inane quid- quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con- tingerit attentari decernimus.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac om- nibus illis quae in dictis nostris literis volui- mus non obstare, ceterisque contrariis & c.

Datum Romae apud S. Petrum sub An- nulo Piscatoris die 12. Decembris 1642. Pontificatus nostri Anno XX.

Sicque ab om- nibus iudicari praecipit.

Et contraria tollit.

Datum die 12. Decembris 1642. An. XX.

DCCXXX.

Modus praecedendi inter Fratres Minores Strictioris Observantiae Sancti Francisci Familiae Cismontanae.

Statuta, de quibus agitur, fuerunt confir- mata Anno 1628. prout sub Constit. CL. Tom. V. Par. V. fol. 361. Sacrosanctum, Reliqua vide ad Constit. 668. supr. fol. 249. Religiosos viros, ac in Constit. 612. Injuncti Nobis fol. 193. hujus Pontif.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Alia pro Congregatione generali pro- xime praeterita, ut in Provinciis Re- formati Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod electiones in Capitulis, & Congrega- tionibus capitularibus earundem Provin- ciarum per secreta suffragia fiant, & in- suffragiorum paritate Praesidens ipsius Ca- pituli, seu Congregationis votum decisivum habeat, ac circa transitum eorumdem Re- formatorum ad Fratres de Familia, seu Observantes ejusdem Ordinis, Constitutio- nes fel. rec. Clementis VIII. necnon Pau- li V. Romanorum Pontificum Praedecesso- rum nostrorum, & nostra desuper edita, observentur, apostolica auctoritate statu- mus, concessimus, & indulgimus, & aliis prout in nostris desuper expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Motiva.

§.1. Cum autem, sicut dilectus filius Commissarius Generalis eorumdem Fra- trum Reformatum Ordinis hujusmodi Nobis nuper exponi fecit, statuta generalia omnium, & singularum Provinciarum Re- formatum Cismontanae Familiae dicti Or- dinis a Nobis approbata, & confirmata ty- pis mandari debeant, praemissa vero concessiones, & indulta, necnon ordo in eisdem statutis circa praecedentiam stabilitus, cum nonnullis Constitutionibus Apostolicis non

Commissarii Gen. praes.

con-

concordent: Nobis propterea idem Com- missarius Generalis humiliter supplicari fe- cit, ut praemissa pro illorum subsistentia firmiori apostolica nostrae confirmationis patrocinio communire, ac aliis opportune, ut infra, providere de benignitate apostoli- ca dignaremur.

Confirmatio Indultorum Poni- ficatorum.

§.2. Nos igitur eundem Commissari- um Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & in- terdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si qui- bus quomodolibet innodatus existit, ad ef- fectum praesentium dumtaxat consequen- dum, harum serie absolventes, & abso- lutum fore censentes, hujusmodi supplica- tionibus inclinati, praefata concessiones, & indulta apostolica auctoritate tenore pre- sentium confirmamus, & approbamus, il- lisque inviolabilis apostolicae firmitatis ro- bur adicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; & insuper quod Definidores secundum Or- dinis antianitatem praecedant.

Ordo Prae- dentia.

§.3. Quinam autem, & quomodo praede- re debeant, ut sciatur quis Minister Provin- cialis, qui alius Ministri generales, seu Com- missarii Generales, qui tamen uni soli dum- taxat Superiori actuali suberunt, & qui Procuratores, aut Definidores Generales, qui propriae, aut alterius Provinciae Mini- stri Provinciales, qui Custodes regiminis in sua, aut aliena custodia reformata, qui Secretarii Generales per triennium, juxta Bullam unionis, aut qui Guardiani Terrae Sanctae fuerunt, necnon Custos vocalis, & Definidores actuales durante officio, Pro- vinciales actuales extra Provinciam praede- cant eos, qui alius Ministri Provinciales fuerunt; post eosdem Ministros Provincia- les actuales in Sacra Theologia Lectores actuales, ac Guardiani in ejus Conventibus omnes, & singulos, eorum Superioribus actualibus exceptis; Vicarii omnes alios praeter Ordinis, & Provinciae Patres praede- cant; sedebunt tamen in Refectorio ju- xta, & prope Guardianos immediate, & absentibus ipsis Guardianis in actionibus publicis etiam omnes supradictos praede- dent: Post ipsos autem Vicarios, Sacerdotes, deinde Clerici, & post Clericos Laici dicti Ordinis juxta antiquitatem receptio- nis habitus pariter praecedent.

§.4. Ac ut cuius perturbationi, quae circa modum praecedentiae hujusmodi ori- ri posset, obviam eatur, mandamus om- nibus, & singulis dicti Ordinis Superiori- bus Reformati hujusmodi sub suorum offi- ciorum privationis ipso facto incurrenda- poena, ut praedictum praecedentiae modum, & ordinem inter eosdem Fratres Reforma- tos, ut praefertur, stabilitum ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari curent, & faciant, & ipsimet observent.

Clausula.

§.5. Decernentes irritum, & inane, si Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

secus super his a quoquam quavis auctori- tate scienter, vel ignoranter contigerit at- tentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, Provincialium, & Custodiarum Reforma- tarum hujusmodi etiam juramento, con- firmatione apostolica, vel alia quavis fir- mitate roboratis statutis, & consuetudini- bus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse dero- gamus, ceterisque contrariis quibuscum- que.

Derogatio con- trariorum.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 22. Decembris 1642. Pontificatus nostri Anno Vigesimo.

Datum die 22 Decembris 1642. An. XX.

DCCXXXI.

Confirmatio Privilegiorum, & declaratio statutorum pro gubernio Fratrum Dis- calceatorum nuncupatorum Hispania- rum, ac Indiarum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Alia pro felici, prosperoque regimi- ne, & gubernio, ac uniformiori Fra- trum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupat., Provincialium, & Custodiarum Hispania- rum, & Indiarum perfectione, & puritate a Nobis emanarunt literae tenoris subse- quentis videlicet: Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Referantur Literae alias e- manatae.

§.1. Alia, postquam sublatis per recolenda memoriae Gregorium Papam XV. Praedecessorem nostrum Patribus Provincia- rum in Definitorio Generali Fratrum Or- dinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum de anno 1639. in Alma Ur- be nostra celebrato, de consensu dilecti filii Nostri Francisci Sancti Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini, nuncupati, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice- cancellarii, nostri secundum carnem ex Fratre Germano Nepotis, dictique Ordi- nis apud Nos, & Sedem Apostolicam Pro- tectoris statutum fuisset;

Tesor hujus modi Literarum.

§.2. Ut duo tantum Patres Provinciae in singularum Provinciarum Ultramontanae Familiae definitoriae introducerentur, unus scilicet, qui in Provincia reliquis dignior esset, ille nimirum, qui inter Patres Provin- ciae primum locum sibi vindicaret, qui qui- dem in definitorio semper assisteret; Alter vero, qui immediate Ministri Provincialis officium absolvisset, ut sequenti etiam im- mediate triennio dumtaxat eam obtineret dignitatem, & in definitorio assisteret, ea tamen

Y y

tamen lege, ut si iste ex qualibet causa deficeret, in ejus locum subrogatus eo ipse esset qui ante ipsum Minister Provincialis immediate extitisset, triennio autem hujusmodi transacto, alius, qui Minister Provincialis officio etiam immediate functus fuisset, subsequeretur, & sic deinceps de triennio in triennium dumtaxat servaretur: Ita quod nunquam hi duo Patres in d. Provinciarum definitiois desiderarentur, quodque si contingeret, ut qui hujusmodi assistens, alio titulo de eodem definitorio existeret, sibi que ejus in illud ingrediendi competere, tunc in ejus locum ipso facto subrogatus esset ille Pater Provinciae, qui eidem dignitate proximus fuisset. Subinde Nos institutionem, seu restitutionem prefatorum duorum Patrum Provinciae pro definitiois Provincialium praed. in dicto generali definitorio factam, & postmodum omnia, & singula statuta in Capitulo generali dicti Ordinis de eodem anno celebrato edita, sine tamen praedictio observantiae regularis, ac statutorum apostolica auctoritate confirmatorum, ac ordinationum, & Brevium Apostol. pro Fratribus Discalceatorum Hispaniarum, & Indiarum factorum, & emanatorum, confirmavimus.

Hoc statutum non comprehendit Discalceatos.

§.3. Ac demum cum Nobis innotuisset, quod institutio, seu restitutio prefatorum duorum Patrum Provinciae, quoad eosdem Fratres Discalceatos Hispaniarum, & Indiarum dicti Ordinis, nedum eorum statuta, ac Literis Apostolicis, pro ipsis emanatis adverbatur, sed etiam causa perturbationum fuisset; Idcirco Nos motu proprio, ac ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, prefatos Fratres Discalceatos Hispaniarum, & Indiarum, ac eorum Provincias, & Custodias praesentes, & futuras, quoad introductionem duorum Patrum Provinciae in singula Provinciae suarum definitoria, sub prefato definitorio generali hujusmodi edito, ac certis nostris literis incipientibus; *Onerosa*, &c. aut quibusvis aliis dicti Ordinis statutis, aut decretis, Literisque Apostolicis, circa eandem materiam emanatis, quae, & quas quoad hoc revocavimus, cassavimus, & annullavimus, nullatenus comprehendi, nec esse comprehensos declaravimus.

Quod non introducantur Fratres inter Discalceatos.

§.4. Et insuper statuimus, & ordinamus, ut in Provinciarum Hispaniarum, & Indiarum eorumdem Fratrum Discalceatorum Capitula, Congregationes, & Definitoria nullus omnino Pater Provinciae quovis sub praetextu introduceretur, sed in illis dumtaxat Minister Provincialis, aut Vicarius Provincialis, & Definitores actuales, Custodes autem juxta usum, & morem Provinciarum, & Custodiarum admitterentur. Quodque, si in alicujus ex dictis Provinciis definitorium prefati duo Provinciae Patres introducti fuissent, illi ipso facto amoverentur, & electio per eos facta, sub privationis suorum officiorum, aliisque arbitrii nostri penis omnibus, & singulis superioribus, qui dictos duos Patres Provin-

ciae, & definitorium hujusmodi admisissent, nulla, & irrita existeret, ipsique Fratres Discalceati Hispaniarum, & Indiarum, hujusmodi, sub eisdem penis per contrafacientes eo ipso incurrendis, juxta statuta, & Ordinationes Provinciarum hujusmodi viverent, & regerentur, ac alias prout in diversis nostris in simili forma brevis literis desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Quod Discalceati per sua propria statuta gubernentur.

§.5. Cum autem, sicut nuper accepimus, dilecti filii, Minister, & Procurator Generalis dicti Ordinis praemissis sese opposuerint, praetextu, quod aliqua ex Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi, quedam generalia, seu particularia ordinationes, & statuta, seu privilegia habeant, juxta quae diversimode, & alias, quam in praefatis nostris literis statutum, dispositum, que fuit, gubernantur; idcirco Nos pro majori, & uniformiori eorumdem Fratrum Discalceatorum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi perfectione, & puritate in praemissis opportune providere volentes, motu, scientia, ac deliberatione similibus, deque apostolica potestatis plenitudine; Quod praefata nostra literae pro eisdem Fratribus Discalceatis Hispaniarum, & Indiarum emanatae, ut praefatur, sive illorum aliqua Provinciae habeant aliqua statuta, & ordinationes, seu privilegia generalia, aut particularia, sive non habeant, omnino, & inviolabiliter observentur, observarique debeant in omnibus eorumdem Fratrum Discalceatorum Provinciis, & Custodiis nunc, & pro tempore existentibus in partibus Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi: quodque praefata Provinciae, & Custodiae dictorum Fratrum Discalceatorum nunc, & pro tempore existentes in eisdem Hispaniarum, & Indiarum partibus per sua propria statuta, ordinationes, & leges gubernentur, absque eo, quod generalibus totius Ordinis statutis, & consuetudinibus subiacent, ea tamen lege, ut ad receptionem praedictorum duorum Patrum Provinciae nullum, sive Generale, sive particulare, & proprium statutum possit ipsis Fratrum Discalceatorum Provinciis, & Custodiis Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi suffragari, sed semper literae nostrae praedictae inviolabiliter, & inconculsa, ac generaliter observentur, tenore praesentium decernimus, statuimus, & ordinamus.

§.6. Si vero forte contingat in eisdem Provinciis, & Custodiis Fratrum Discalceatorum praedictorum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi aliqua Capitula, Congregationes, seu actiones, in quibus praefati duo Patres Provinciae, vel eorum aliquis interfuit, & reperiantur, celebrari, eo ipso omnia, & singula, quae inibi decreta, & constituta fuerint, irrita, & nulla, nulliterque, & invalide gesta, & facta fuisse, & esse, ac fore declaramus.

§.7. Dantes eisdem Fratrum Discalceatorum Provinciis, & Custodiis Hispania-

Quod Discalceati possint mittere Procuratorem ad Romanam, Cui.

niarum, & Indiarum hujusmodi facultatem mittendi ex eisdem Fratribus Discalceatis suos proprios Procuratores ad Romanam Curiam, quotiescumque sese obtulerit occasio, pro negotiis earundem Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi pertractandis. Volumus autem, ut salvis supradictis, dicti Fratres Discalceati Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi, in reliquis subiecti remaneant jurisdictioni, visitationi, & correctioni Ministerii eorumdem Fratrum de Observantia Generalis, pro tempore existentis, ita quod ipse Minister Generalis per seipsum, vel alium, seu alios ex ipsis Discalceatis dicti Ordinis tantum, possit eosdem Fratres Discalceatos corrigere, visitare, & in eos jurisdictionem exercere. Quodque si Minister Generalis praedictus abserit, non deputatis ab eo hujusmodi Fratribus Discalceatis ad supradictum effectum, tunc omnes, & singulae Provinciae, Custodiae praedictae per Ministros, ac Custodes suos gubernentur, juxta quasdam alias nostras in simili forma brevis die 8. Aprilis proxime praeteriti expeditas literas, quarum etiam tenores praesentibus pro expressis haberi volumus.

Substituatur Ministro Generali.

§.8. Mandantes propterea omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, ceterisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis majoris, a qua non nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, aliisque arbitrii nostri, necnon officiorum suorum privationis, perpetuaeque inhabilitatis, ad illa, & alia imposterum obtinenda penis, ut eosdem Fratres Discalceatos Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi, praemissorum omnium commodo, & effectu frui, & gaudere sinant, & faciant.

Decretum irritans.

§.9. Decernentesque praesentes literas, & in eis contenta quaecumque de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu, etiam quantumvis substantiali, vel formali nullatenus unquam notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut in jus, vel controversiam adduci, vel revocari posse; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & desinari debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputati.

§.10. Quocirca dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicae nunc, & pro tempore in Hispaniarum Regno existenti Nuncio, per easdem praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contentas, Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

tenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in praemissis efficacis defensionis praedio assistens, faciat auctoritate nostra praefatas, & praesentes nostras literas hujusmodi debite, & omnimodae executioni demandari. Non permittens eos contra earundem praedictarum, & praesentium literarum tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari, contraditores quoscumque, & rebelles per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & penas hujusmodi incurrisse declarando, illasque etiam, iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrarium.

§.11. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, necnon praefatis Ministerii, & Procuratoris Generalium dicti Ordinis oppositionibus, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon ipsius Ordinis, ac Provinciarum, & Custodiarum hujusmodi, etiam, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordini, ac Provinciarum, & Custodiarum, hujusmodi Superioribus, Fratribus, & personis, ipsisque Provinciis, & Custodiis, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illo- rum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus pariter, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem, prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si for ent exhibitae, vel offensa. Datum Ro-